

Ob 30



Zur

öffentlichen Prüfung der Schüler

des

Königl. Friedrichsgymnasiums

zu


Gumbinnen

am


25. und 26. September d. J.

haben ergebenst ein

Prof. Dr. J. Arnoldt,
Director.



1. Eine Zusammenstellung des Wichtigsten aus der Lehre von den hypothetischen Sätzen in der mustergültigen lateinischen Prosa. Zweiter Theil. Von Dr. Rob. Basse.
2. Jahresbericht des Directors.



Gumbinnen 1868.

Gedruckt bei Fr. Krauseneck und Sohn.



Öffentliche Prüfung der Schüler

Königl. Friedrichs-Gymnasium

Ergebnisse

22. und 23. September 1893

Prof. Dr. E. Strahl

KSIAZHNICA MIEJSKA
IM. KOPERNIKA
W TORUNIU

~~Stadtbibliothek~~
Chorn

AB 17 18

A totis in arbitror spectari oportere quantum hanc eorum iudicio, qui studiosi sunt
 Nervorum venit. Caes. B. G. 5, 46.
 Caesar scribit Labiano, si rei publicae commodo latere possent, cum legione ad fines
 virtutis Helvetiorum. Caes. B. G. 1, 13.
 persequi perseverat, administratur et veteris inveniendi populi Romani et pristinae
 cum partem istam adque ipsi Helvetios, qui eos Caesar constituit, sine bello
 Divico in eum Caesare agit, si pacem populus Romanus cum Helvetiis faceret, in
 cum valido exarbitro mitterent. Liv. 29, 27.
 Labianus litteras Carthaginiensi mittit, si illa Hispaniae curae esset, necessarium sibi
 studii contulisset. Cic. Fam. 7, 8.
 Caesari ego rescripsi, quam mihi gratiam esset facturus, si quam plurimum in eo

B. Abhängige Bedingungsätze.*)

5. Verwandelt sich der Bedingungsauptsatz in einen indirekten Fragesatz oder wird er von §. 29.
 einem mit dem Konjunktiv zu verbindenden Relativum oder den Konjunktionen *ut*, *ne*, *quin*, *quum* cau-
 sale u. s. w. abhängig oder enthält er eine an ein Verbum declarandi sich anlehende Aufforderung,
 so tritt das Prädikat desselben in dasjenige Tempus, welches die Regeln von der *Consecutio tempo-
 rum* erfordern. Eine Ausnahme machen nur die sogenannten unwarren Bedingungsätze. Diese erlei-
 den, wenn sie in der angegebenen Weise abhängig sind und das Bedingende mit seiner Folge nach der
 Ansicht des Redenden in der Gegenwart nicht möglich oder nicht wirklich ist, keine Veränderung, so daß
 also der *Conjunctivus Imperfecti* im Bedingungsaupt- und Bedingungsnebensätze selbst nach einem
 Haupttempus bleibt. Ist das Bedingende mit seiner Folge nach der Ansicht des Redenden aber in der
 Vergangenheit nicht möglich oder nicht wirklich gewesen, so bleibt der Bedingungsnebensatz zwar auch
 unverändert, das Prädikat des Bedingungsauptsatzes jedoch tritt, gleichviel ob das Tempus des im re-
 gierenden Satze befindlichen Prädikats ein Haupttempus oder ein historisches ist, in den *Conjunctivus
 Perfecti* und zwar in den des einfachen Verbi, wenn die im §. 18 am Schlusse des ersten Abschnitts
 angegebenen Ausdrücke das Prädikat bilden, sonst in den *Conjunctivus Perfecti*, der sogenannten
Conjugatio periphrastica activa (— *urus fuerim*).**) Passivische Wendungen der letzten Art
 kommen, von dem Gebrauche des *Participii* auf ndus, in Verbindung mit dem *Conjunctivus
 Perfecti* von *sum* abgehehen, bei dem Mangel eines eigentlichen *Participii Fut. Pass.* gar
 nicht vor.

Illud non intelligo, quamobrem, si vivere honeste non possunt, perire turpiter velint.
Cic. Cat. 2, 10.

*Ille cum Cotta saucio communicat, si videatur, pugna ut excedant et cum Ambiorige
 colloquantur.* *Caes. B. G. 5, 36.*

Legationem ad P. Crassum mittunt, si velit suos recipere, obsides sibi remittat.
Caes. B. G. 3, 8.

*In eis ipsis (sc. honoribus, divitiis, voluptatibus) potiundis exsultans gestiensque
 laetitia turpis est, ut, si ridere concessum sit, vituperetur tamen cachinnatio.* *Cic.
 Tusc. 4, 31.*

*Quaero, si haec (näml. daß sein Haus ungesund, voller Schlangen und haufällig sei) empto-
 ribus venditor non dixerit aedesque vendiderit pluris multo, quam se venditurum putarit,
 num injuste aut improbe fecerit.* *Cic. Off. 3, 13.*

*Non dubitari debet, quin, si Helvetios superaverint Romani, una cum reliqua Gallia
 Aeduis libertatem sint erepturi.* *Caes. B. G. 1, 17.*

*) Der erste Theil dieser Abhandlung findet sich im Michaelis-Programm 1861.
 **) Vgl. Weissenb. zu Liv. 2, 33, 9.

Caesari ego rescripsi, quam mihi gratum esset facturus, si quam plurimum in te studii contulisset. Cic. Fam. 7, 8.

Hasdrubal literas Carthaginem mittit, si ulla Hispaniae cura esset, successorem sibi cum valido exercitu mitterent. Liv. 23, 27.

Divico ita cum Caesare agit, si pacem populus Romanus cum Helvetiis faceret, in eam partem ituros atque ibi futuros Helvetios, ubi eos Caesar constituisset; sin bello persequi perseveraret, reminisceretur et veteris incommodi populi Romani et pristinae virtutis Helvetiorum. Caes. B. G. 1, 13.

Caesar scribit Labieno, si rei publicae commodo facere posset, cum legione ad fines Nerviorum veniat. Caes. B. G. 5, 46.

A vobis ita arbitror spectari oportere, quanti haec eorum iudicio, qui studiosi sunt harum rerum, aestimentur, quanti venire soleant, quanti haec ipsa, si palam libereque venirent, venire possent, denique ipse Verres quanti aestimet. Cic. Verr. 4, 7.

Enimvero, inquit Crassus, mirari satis non queo, etiam te haec, Scaevola, desiderare, quae neque ego teneo, uti ii, qui docent, neque sunt ejus generis, ut, si optime tenerem, digna essent ista sapientia ac tuis auribus. Cic. de Orat. 1, 36.

Honestum tale est, ut, vel si ignorarent id homines, vel si obmutuissent, sua tamen pulchritudine esset laudabile. Cic. Fin. 2, 15.

Quos amissimus cives, eos Martis vis percussit, non ira victoriae, ut dubitare debeat nemo, quin multos, si fieri posset, C. Caesar ab inferis excitaret, quoniam ex eadem acie conservat, quos potest. Cic. Marc. 6, 17.

Hunc tibi ita commendo, ut si meus libertus esset eodemque apud me loco esset, quo est apud suum patronum, majore studio commendare non possem. Cic. Fam. 13, 23.

(*Sie bin der Meinung, der Senat erhebe zum Beschluß*.) Ut, quae praemia senatus militibus ante constituit, ea solvantur eorum, qui hoc bello pro patria occiderunt, parentibus, liberis, conjugibus, fratribus iisque tribuantur, quae militibus ipsis tribui oporteret, si illi vixissent, qui morte vicerunt. Cic. Phil. 14, 14.

Ac, si tum P. Sestius, iudices, in templo Castoris animam, quam vix retinuit, edidisset, non dubito, quin, si modo esset in re publica senatus, si majestas populi Romani revixisset, aliquando statua huic ob rem publicam interfecto in foro statueretur. Cic. Sest. 38, 83.

Urbs Byzantium sic spoliata ac nudata est, ut nisi C. Vergilius intervenisset, unum signum Byzantii ex maximo numero nullum haberent. Cic. de Prov. Cons. 4, 7.

Ea fortuna pugnae fuit, ut nihil relictum sit, qua, si affuisset dictator, res melius geri potuerit. Liv. 8, 30.

Haud dubium fuit, quin, nisi ea mora intervenisset, castra eo die capi potuerint. Liv. 24, 42.

Tantum pavoris injecerunt, ut, si in plano castra posita essent, haud dubie primo impetu capi potuerint. Liv. 25, 13.

Sed quid ego haec interrogo, quum, si ego tacitus abissem, tamen tibi ad voluntatis interpretationem meae dirigenda tua sententia fuerit. Liv. 8, 32.

In eos versa peditum acies haud dubium fecit, quin, nisi firmata extrema agminis fuissent, ingens in eo saltu accipienda clades fuerit. Liv. 21, 34.

Primo concursu adeo aequis viribus gesta res est, ut, si affuissent Etrusci et Umbri, aut in acie aut in castris, quocumque se inclinassent, accipienda clades fuerit. Liv. 10, 27.

An potest quisquam dubitare, quin, si Q. Ligarius in Italia esse potuisset, in eadem sententia futurus fuerit, in qua fratres fuerunt? Cic. Lig. 12, 34.

Ostendis, qualis tu, si ita forte accidisset, fueris illo tempore consul futurus. Cic. Pis. 7, 14.

Nec vero dubito, quin, si ille vir legationem renuntiare potuisset, reditus ejus et nobis gratus fuerit et rei publicae salutaris futurus. Cic. Phil. 9, 1.

Sed abs te, Torquate, quaero, quum indicatus tuus esset inimicus et esset ejus rei frequens senatus et recens memoria testis, tibi, meo familiari et contubernali, prius etiam edituri indicium fuerint scribae mei, si voluisses, quam in codicem retulissent: quum videres aliter referri, cur tacuisti, passus es? Cic. Sull. 15, 44.

Si id facere voluisses, non dubito, quin omnis ad te conversura fuerit multitudo. Cic. Planc. 20, 50.

Quis dubitat, quin, si Saguntinis tulissemus opem, totum in Hispaniam aversuri bellum fuerimus? Liv. 31, 7.

Dic agedum, Appi Claudii, quidnam facturus fueris, si eo tempore censor fuisses. Liv. 9, 33.

Neque ambigitur, quin Brutus idem, qui tantum gloriae Superbo exacto rege meruit, pessimo publico id facturus fuerit, si libertatis immaturae cupidine priorum regum alicui regnum extorsisset. Liv. 2, 1.

Quodsi (Valerius) extemplo rem fortunae commisisset, haud scio, an magno detrimento certamen staturum fuerit. Liv. 3, 60.

Tanti regis ac ducis mentio, quibus saepe tacitis cogitationibus volutavit animum, eas evocat in medium, ut quaerere libeat, quinam eventus Romanis rebus, si cum Alexandro foret bellatum, futurus fuerit. Liv. 9, 17.

Reductis in curiam legatis, tum consul, Non adeo majestatis, inquit, populi Romani imperiique hujus oblitus sum, Patres conscripti, ut, si de meo crimine ambigeretur, consul dicturus causam, accusantibus Graecis, fuerim. Liv. 26, 31.

Vibius Virrius negat, eos, qui de legatis et de pace ac deditioe loquantur, meminisse, nec quid facturi fuerint, si Romanos in potestate habuissent, nec quid ipsis patientum sit. Liv. 26, 13.

Adeo est inopia coactus Hannibal, ut, nisi cum fugae specie abeundum timuisset, Galliam repetiturus fuerit. Liv. 22, 32.

Virgines eo cursu se ex sacrario proripuerunt, ut, si effugium patuisset, impleturae urbem tumultu fuerint. Liv. 24, 26.

Ea res tantum tumultum ac fugam praebuit, ut, nisi castra Punica extra urbem fuissent, effusura se omnis pavida multitudo fuerit. Liv. 26, 10.

Adeoque citato agmine ducti sunt, ut, si via recta vestigia sequentes issent, haud dubie assecuturi fuerint. Liv. 28, 16.

(Marcellus gab im Senate die Erklärung ab.) Siculis tantum abesse ut per se non liceat palam Romae crimina edita, ficta ab inimicis, vulgare, ut, ni simularent, aliquem sibi timorem, absente collega, dicendi de consule esse, ipse iis extemplo daturus senatum fuerit. Liv. 26, 26.

Pompejus εσοφίζετο, quid futurum fuerit, si Bibulus tum in forum descendisset, se divinare non potuisse. Cic. Att. 2, 16.

Nec dubium erat, quin, si tam pauci simul obire omnia possent (nicht potuissent, weil Liv. den Gedanken als einen allgemein gültigen hinstellen wollte), terga daturi hostes fuerint. Liv. 4, 38.

Anm. 1. Zusammengezogene oder unvollständige Begingungssätze (vgl. S. 13.) werden wie die vollständigen behandelt. §. 30.

Sed me recreat et reficit Cn. Pompei, sapientissimi et justissimi viri, consilium, qui (wenn dies nur gegen den Milo gerichtet wäre) profecto nec justitiae suae putaret esse, quem reum sententiis iudicium tradidisset, eundem telis militum dedere, nec sapientiae, temeritatem concitatae multitudinis auctoritate publica armare. (Halm zu Cic. Mil. I, 2.)

*) Middendorf und Grueter (S. 475. 1.) sind im Irrthume.

Idemne delecti amplissimis ex ordinibus honestissimi atque sapientissimi viri iudicabunt, quod ille importunissimus gladiator, hostis rei publicae iudicaret? Cic. Mur. 39, 83.

Ejus vitam quisquam spoliandam ornamentis esse dicet, cujus mortem ornandam monumento sempiterno putaretis? Cic. Sest. 38, 83.

Quare non dubito, quo animo iudex hujus criminis esse debeas, qui apud alium iudicem (= wenn ein anderer Richter wäre) multo acrior, quam ego sum, actor accusatorque esse deberes. Cic. Verr. 4, 31.

Nihil est, quod te mallem probare. Cic. Verr. 5, 59.

Nemo est, quin audisse se liquido diceret. Cic. Verr. 3, 59.

Quod vero in illo loco atque illis publicorum praesidiorum copiis circumfusus sedet, satis declarat, se non terrore inferre vobis (quid enim minus illo dignum, quam cogere, ut vos eum condemnetis, in quem animadvertere ipse et more majorum et suo jure posset?), sed praesidio esse. Cic. Mil. 26, 71.

Adest, instat, urget Dolabella, ut quam primum securi feriantur, quo quam minime multi ex illis de istius nefario scelere audire possent. Cic. Verr. 1, 30.

Omnia, quae dicam, sic erunt illustria, ut ad ea probanda totam Siciliam (sc. si argumentis opus esset) testem adhibere possem. (Halm zu) Cic. Verr. 5, 53.

Exortus est servus, qui, quem in eculeo (= si tormentis ex eo quaereretur) appellare non posset, eum accuset solutus. (Halm zu) Cic. Dej. 1, 3.

Postulabant homines nobilissimi atque integerrimi nostrae civitatis, quos jam antea nominavi, qui ita vixerunt talesque a populo Romano putantur, ut, quiddid dicerent, nemo esset (gleich bedingter und von ut abhängiger Coniunctiv), qui non aequum putaret. (Halm zu) Cic. Sext. Rosc. 41, 119.

Hannibal ex Lucano in Bruttium agrum ad fretum ac Rhegium eo cursu contendit, ut prope repentino adventu incautos opprimeret. Liv. 26, 12.*)

Haec dicta adeo nihil moverunt quemquam, ut legati prope violati sint. Liv. 3, 2.*)

Quid vero? ut homines Galli ex civitate male pacata, quae gens una restat, quae bellum populo Romano facere et non nolle videatur, spem imperii ac rerum maximarum ultro sibi a patriciis hominibus oblatum negligerent vestramque salutem suis opibus anteponerent, id non divinitus esse factum putatis, praesertim qui nos non pugnando, sed tacendo superare potuerint (potuerint Verbesserung Madvig's für potuerunt)? Cic. Cat. 3, 9.

(Die römischen Gesandten erklärten,) Non, quin breviter reddi responsum potuerit, non recipi reges, ideo potius delectos Patrum ad eum (sc. Porsenam) missos, quam legatis ejus Romae daretur responsum, sed ut in perpetuum mentio ejus rei fineretur. Liv. 2, 15.

(Die Samniten erkannten,) Beneficii et maleficii occasione amissa, pugnatueros (se) cum iis, quos potuerint in perpetuum vel inimicos tollere, vel amicos facere. Liv. 9, 12.

Legati Syracusani nuntiarunt, caedem C. Flamini allatam adeo aegre tulisse regem Hieronem, ut nulla sua propria regni sui clade moveri magis potuerit. Liv. 22, 37.

Quaero, cur, qui aditus ad causam Hortensio patuerit, mihi interclusus esse debuerit? Cic. Sull. 2, 4.

Sed non, quid ego fecerim, in disquisitionem venit, quam quid isti pati debuerint. Liv. 26, 31.

Marcellus respondit, non plura per annos quinquaginta benefacta Hieronis, quam paucis his annis maleficia eorum, qui Syracusas tenuerint, erga populum Romanum esse; sed pleraque eorum, quo debuerint, recidisse. . . . Quid potuerint Syracusani facere, exemplo vel eos Syracusanorum esse, qui intra praesidia Romana fuerint, vel Hispanum ducem Mericum, qui praesidium tradiderit. Liv. 25, 31.

Legati ad ea: Adeo aequa postulastis, ut ultro vobis deferenda fuerint. Liv. 3, 53.

Ut omittam, cujus tanti sceleris fuerit in conspectu deorum penatium necare hospitem, cujus tanti furoris fuit omnes reges, omnes liberos populos, omnes provincias, omnia denique omnium arma contra se unum excitare? Cic. Dej. 5, 15.

(Verurteilung des Marcellus,) Deprecari senatus praesudicium; nam, quum extra sortem collegae optionem dari provinciae iniquum fuerit (da es ungerecht gewesen sein würde; ohne Abhängigkeit: iniquum fuit. Weissenb.), quanto majorem injuriam, immo contumeliam esse, sortem suam ad eum transferri? Liv. 26, 29.

Judicatio nascitur, utrum satius fuerit amittere milites an ad hanc conditionem venire? Cic. Inv. 2, 24.

Videre licet alios tanta levitate et jactatione, iis ut fuerit non didicisse melius, alios pecuniae cupidos, gloriae nonnullos, multos libidinum servos, ut cum eorum vita mirabiliter pugnet oratio. Cic. Tusc. 2, 4.

Patres orare cum lacrimis coepere, ne exsulem, extorrem populum Romanum ab solo patrio ac diis penatibus in hostium urbem agerent, eoque rem adducerent, ut melius fuerit, non capi Vejos, ne Roma desereretur. Liv. 5, 30.

Videte, quid ea vitii lex habitura fuerit, cujus periculosa etiam reprehensio est. Cic. Mil. 12, 33.

Odistis et execramini eos, qui fecerunt, et ne hic quidem contumeliis in eos dicendis parcitis; tantum abest, ut et ipsi tale quicquam facturi fueritis. Liv. 26, 31.

*) Bgl. §. 18. und §. 19.

Pestilentia coorta, minacior tamen quam pertinacior, cogitationes hominum a foro certaminibusque publicis ad domum curamque corporum nutriendorum avertit; minusque eam damnosam fuisse, quam seditio futura fuerit, credunt. Liv. 4, 52.

Argumento est, quod imperia Manliana, non Postumiana appellata sint, quem, qui prior auctor tam saevi exempli foret, occupaturus insignem titulum crudelitatis fuerit. Liv. 4, 29.

Id vero periculum erat (ironisch), ne majestatem nominis Alexandri sustinere non potuerit populus Romanus et adversus eum nemo ex tot proceribus Romanis vocem liberam missurus fuerit. Liv. 9, 18.

Folgendes Beispiel, in dem das nicht selten adverbialiter gebrauchte nescio an vorkommt, stößt die eben gegebene Regel nicht um und ist nach §. 13 zu beurtheilen: Eloquentia quidem nescio an habuisset parem neminem. Cic. Brut. 33, 126. Der Scholiast zu Cic. Sull. 9, 26 bringt ein Fragm. des C. Gracchus bei, das sich zum Vergleiche eignet: Si vellem apud vos verba facere et a vobis postulare, quum genere summo ortus essem et quum fratrem propter vos amissem, nec quisquam de P. Africani et Ti. Gracchi familia nisi ego et puer restarem, ut pateremini hoc tempore me quiescere, ne a stirpe genus nostrum interiret et uti aliqua propago generis nostri reliqua esset, haud scio an lubentibus a vobis impetrassem. Vgl. Halm ad l. c. In Cic. Phil. 2, 35 ist quaero: quid tum tu egisses? zu interpungiren. Vgl. Madv. Op. acad. alt. p. 227.

Anm. 2. An gewissen Stellen ist der Ausdruck auch trotz dem Vorhandensein des hypothetischen Hauptsatzes dennoch entschieden elliptisch.* §. 31.

Mitto, quod invidiam, quod pericula, quod omnes meas tempestates et subieris et multo etiam magis, si per me licuisset, subire paratissimus fueris (statt et multo etiam magis subire paratissimus fueris et subiturus fueris, si per me licuisset). Cic. Fam. 15, 4.

Quibus rebus qui timor bonis omnibus injectus sit quantaque desperatio rei publicae (zu ergänzen: und wie sehr sich Furcht und Verzweiflung noch gesteigert hätten), si ille (consul) factus esset, nolite a me commoneri velle; vosmet ipsi vobiscum recordamini. Cic. Mur. 25, 50.

Promulgata lege (sc. des Terentilius Arsa), senatus a praefecto urbis Q. Fabio vocatur, qui adeo atrociter in rogationem latoremque ipsum est invecus, ut nihil, si ambo consules infesti circumstarent tribunum, relictum minarum atque terroris sit (statt ut nihil relictum sit, quibus terreri posset, si ambo consules infesti circumstarent tribunum). Liv. 3, 9.

Quantum periculum ab illis populis fuerit (sc.: et futurum fuerit), si Capitolium ab exsulis obessum scissent, suspicari de praeterito, quam re ipsa experiri est melius. Liv. 3, 19.

Hannibal adventu consulum mire gaudere; non solum enim nihil ex raptis in diem commeatibus superabat, sed ne unde raperet quidem quicquam reliqui erat, omni undique frumento, postquam ager parum tutus erat, in urbes munitas convecto, ut vix decem dierum frumentum superesset Hispanorumque ob inopiam transitio parata fuerit (sc.: et futura fuerit), si maturitas temporum exspectata foret. Liv. 22, 40.

Anm. 3. Ist Bedingung und Folge in unwahren hypothetischen Sätzen der Vergangenheit von quum §. 32. temporale abhängig, so bleibt der Conjunctivus Plusquamperfecti im Bedingungshaupt- wie Bedingungneben- sätze unverändert. Dasselbe geschieht bisweilen auch nach quum adversativum, dem konsekutiven ut und nach ne.

Milo profectus (est) id temporis, quum jam Clodius, si quidem eo die Romam venturus erat**), redire potuisset. Cic. Mil. 10, 28.

Quum, velut victores, tribuni, percussis patribus Kaesonis exilio, prope perlatam esse crederent legem, et, quod ad seniores patrum pertinere, cessissent possessione rei publicae, juniores auxere iras in plebem. Liv. 3, 14.

Et in Volscis accepta clades, amisso Verrugine praesidio; ubi tantum in tempore fuit momenti, ut, quum precantibus operi militibus, qui ibi a Volscis obsidebantur, succurri, si maturatum esset, potuisset, ad id venerit exercitus subsidio missus, ut ab recenti caede palati ad praedandum hostes opprimerentur. Liv. 4, 58.

Tantumque sua laude obstitit famae consulis Marcius, ut, nisi foedus cum Latinis, columna aenea insculptum, monumento esset***), ab Sp. Cassio uno, quia collega afuerat, ictum, Postumum Cominium bellum gessisse cum Volscis, memoria cessisset. Liv. 2, 33.

Veritus es, nisi istam artem oratione exaggerasses, ne operam perdidisses. Cic. de Orat. 1, 55.

Anm. 4. In unwahren hypothetischen Sätzen der Vergangenheit steht nach dem konsekutiven ut statt §. 33. des Conjunctivus Perfecti der im §. 18 am Schlusse des ersten Abschnitts angegebenen Ausdrücke und des Conjunctivus Plusquamperfecti anderer Verba bisweilen auch, aber freilich nur im Anschluß an ein Tempus prae-

*) Vgl. §. 19.

**) Vgl. §. 25.

**) Unwahrer hypothetischer Nebensatz der Gegenwart.

teritum, der *Conjunctivus Imperfecti*.) Dieses geschieht regelmässig, wenn die §. 14 genannten Ausdrücke das Prädikat bilden.

Damonem et Phintiam Pythagoreos ferunt hoc animo inter se fuisse, ut, quum eorum alteri Dionysius tyrannus diem necis destinavisset et is, qui mortii addictus esset, paucos sibi dies commendandorum suorum causa postulavisset, vas factus sit alter ejus sistendi, ut, si ille non revertisset, moriendum esset ipsi. Cic. Off. 3, 10.

Quem si interficere voluisset, quanta quoties occasiones, quam praeclaras fuerunt! Potuitne illo die, quum est lata lex de me? quum totius Italiae concursus, quem mea salus concitaret, facti illius gloriam lubens agnovisset, ut, etiamsi id Milo fecisset, cuncta civitas eam laudem pro sua vindicaret? Cic. Mil. 14, 38.**)

Tum illa, ex patellis et turibulis quae evellerat, ita apte in scaphis aureis includebat, ut ea ad illam rem nata esse diceres. Cic. Verr. 4, 24.

Una nox intercesserat, quum iste Dorotheum sic diligebat, ut diceres, omnia inter eos esse communia. Cic. Verr. 2, 36.

Huic versatile ingenium sic pariter ad omnia fuit, ut natum ad id unum diceres, quodcunque areret. Liv. 39, 40.

Celsus haec corpore vultuque ita laeto, ut vicisse jam crederes, dicebat. Liv. 30, 32.

- §. 34. Anm. 5. Sehr selten findet sich in einem Bedingungshauptsätze, wenn die Bedingung eine unwahre der Vergangenheit und in der oben angegebenen Art abhängig ist, von den im §. 18 am Schlusse des ersten Abschnitts angeführten Ausdrücken oder der sogenannten *Conjugatio periphrastica activa* der *Conjunctivus Plusquamperfecti* und auch nie anders, als wenn das Verbum des regierenden Satzes ein Nebentempus ist.

Philippus, si satis diei superesset, non dubius, quin Athamanes quoque exui castris potuissent, sub tumulo in proxima planitie cecidit. Liv. 31, 42.

Si me vis aliqua morbi aut natura ipsa consumpisset, auxilia posteritatis essent imminuta, quod peremptum esset mea morte id exemplum, qualis futurus in me retinendo fuisset senatus populusque Romanus. Cic. Planc. 37, 90.

Apparuit, quantam excitatura molem vera fuisset clades, quum vanus rumor tantas procellas excitavisset. Liv. 28, 24.

At, hercule, nos iidem (admonente fortuna, quid, si hostem habuissemus, casurum fuisset) quum redeuntes in latrunculos Thracas incidissemus, caesi, fugati, exui impedimentis sumus. Liv. 38, 46.

- §. 35. Anm. 6. Eine Anomalie ohne Parallele ist Rhet. ad Her. 2, 14: Defensor quaeret ab accusatoribus, ab iudicibus ipsis, quid facturi essent (si facturi fuerint), si in eo loco fuissent; dergleichen, obwohl von ganz anderer Art, Cic. Mil. 18, 48; Nunc persequar cetera. Nam occurrit illud: Igitur ne Clodius quidem de insidiis cogitavit, quoniam fuit in Albano mansurus. Si quidem exiturus ad caedem e villa non fuisset. In dem letzten Beispiele steht die Bedingung nicht dem positiven Satze: sed exiit, sondern dem Satze: sed exiturus fuit gegenüber und hat den Sinn von: Si quidem non constitutum habuisset exire. Vgl. Madv. Op. acad. alt. p. 230.

- §. 36. 6. Verlangt die Konstruktion, daß der Bedingungshauptsatz durch den *Accusativus cum Infinitivo* ausgedrückt werde, so geht in unwahren Bedingungssätzen — denn die möglichen machen keine Schwierigkeit — der *Conjunctivus Imperfecti Activi* des Hauptsatzes in das *Participium aufurus* mit *esse*, der *Conjunctivus Plusquamperfecti Activi* in das *Participium aufurus* mit *fuisse* über, während der Bedingungsnebensatz unverändert bleibt. Im *Passivum* tritt die Umschreibung durch *futurum esse* (nicht fore), *ut* und *futurum fuisse*, *ut* ein. Dieselbe Umschreibung ist auch im *Activum* nöthig, wenn das Prädikat des bedingten Satzes ein Verbum ist, welches kein *Participium* aufurus hat. Nur von den im §. 18 am Schlusse des ersten Abschnitts genannten Verbis geht in unwahren hypothetischen Sätzen der *Conjunctivus Imperfecti* des Hauptsatzes in den *Infinitivus Praesentis* und der *Conjunctivus Plusquamperfecti* in den *Infinitivus Perfecti*, namentlich also *possem* in *posse* und *potuissem* in *potuisse* über.

Contra ea Titurius clamitabat: Caesarem arbitrari (hostes) profectum in Italiam; neque aliter Carnutes interficiendi Tasgetii consilium fuisse capturos, neque Eburones, si ille adesset, tanta cum contemtionem nostri ad castra venturos esse. Caes. B. G. 5, 29.

An Cn. Pompejum censes tribus suis consulatibus, tribus triumphis, maximarum

*) Vgl. §. 12.

***) In Cic. Inv. 2, 24 u. 25: *Judicatio nascitur: quum omnes perituri milites essent, nisi ad hanc pactionem venissent, utrum satius fuerit amittere milites an ad hanc conditionem venire* sind hinter *perituri milites essent* die Worte *et perituri fuerint* zu ergänzen. Vgl. §. 19, §. 29 und §. 31.

rerum gloria laetaturum fuisse, si scisset (al. sciret), se in solitudine Aegyptiorum trucidatum iri, amisso exercitu? Cic. Div. 2, 9.

Quid vero Caesarem putamus, si divinasset fore, ut in eo senatu, quem majore ex parte ipse cooptasset, in curia Pompeja, ante ipsius Pompeji simulacrum, tot centurionibus suis inspectantibus, a nobilissimis civibus, partim etiam a se omnibus rebus ornatis, trucidatus ita jaceret, ut ad ejus corpus non modo amicorum, sed ne servorum quidem quisquam accederet, quo cruciatu animi vitam acturum fuisse? Cic. Div. 2, 9.

Jacent suis testibus, qui Clodium negant eo die Romam, nisi de Cyro audisset, fuisse rediturum. Cic. Mil. 18, 47.

Sic velim statuas, me haec eadem sensurum fuisse, si mihi integra omnia ac libera fuissent. Cic. Fam. 1, 9.

Si hoc tibi dem, quod credi non potest, nisi ego huic adessem, hos adfuturos non fuisse, uter tandem rex est, isne, cui innocentes homines non resistunt, an is, qui calamitosos non deserit? Cic. Sull. 7, 22.

An censemus, si Fabio, nobilissimo homini, laudi datum esset, quod pingeret, non multos etiam apud nos futuros Polycletos et Parrhasios fuisse? Cic. Tusc. 1, 2.

Si ipse Cn. Pompejus potuisset aut quaestionem de morte P. Clodii ferre aut ipsum ab inferis excitare, utrum putatis potius facturum fuisse? Cic. Mil. 29, 79.

Mihi quidem certe abundans bellicis laudibus, Cn. Pompejus, multis audientibus, hoc tribuit, ut diceret, frustra se tertium triumphum deportaturum fuisse, nisi meo in rempublicam beneficio, ubi triumpharet, esset habiturus. Cic. Off. 1, 22.

An censes, me tantos labores diurnos nocturnosque domi militiaeque suscepturum fuisse, si iisdem finibus gloriam meam, quibus vitam, essem terminaturus? Cic. Cat. Maj. 23, 82.*)

Nemini erat dubium, Conon si adfuisset, illam (apud Aegos flumen) Athenienses calamitatem accepturos non fuisse. Nep. Con. 1.

Moti homines sunt in eo judicio, maxime P. Horatio patre proclamante, se filiam jure caesam judicare; ni ita esset, patrio jure in filium animadversurum fuisse. Liv. 1, 26.

Oratio habita est, ut doceretur miles, minime cuiquam militum consules odio in hostes cessisse aut cessuros, quin duces, sicut belli, ita insatiabilis supplicii futuros fuisse, ni respectus equitum sexcentorum, qui Luceriae obsides tenerentur, praepedisset animos. Liv. 9, 14.

Hoc nuntia, melius me morituram fuisse, si non in funere meo nupsissem. Liv. 30, 15.

Tantusque eo facto (sc. Cassii adventu atque quinque et triginta navibus incensis) timor incessit, ut, quum esset legio praesidio Messanae, vix oppidum defenderetur; et nisi eo ipso tempore quidam nuntii de Caesaris victoria per dispositos equites essent adlati, existimabant plerique, futurum fuisse, ut amitteretur. Caes. B. C. 3, 101.

Theophrastus autem moriens accusasse naturam dicitur, quod cervis et cornicibus vitam diuturnam, quorum id nihil interesset, hominibus, quorum maxime interfuisset, tam exiguum vitam dedisset; quorum si aetas potuisset esse longinquior, futurum fuisse, ut, omnibus perfectis artibus, omni doctrina hominum vita erudiretur. Cic. Tusc. 3, 28.

(Als die Fabier den Krieg gegen Veji zu übernehmen sich bereit erklärt hatten, sagte man in Rom.) Si sint duae roboris ejusdem in urbe gentes, deposcant (Conj. Praes. statt Conj. Impf.) haec Volscos sibi, illa Aequos, populo Romano tranquillam pacem agente, omne finitimos subigi populos posse. Liv. 2, 49.

Ego arbitrabar, posse id populo nostro probari, si te ad jus respondendum dedisses. Cic. Leg. 1, 4.

*) Ueber die beiden letzten Beisp. vgl. S. 25 ***) am Schluße.

Quoniam L. Torquatus, meus familiaris ac necessarius, iudices, existimavit, si nostram in accusatione sua necessitudinem familiaritatemque violasset, aliquid se de auctoritate meae defensionis posse detrahere, cum hujus periculi propulsatione conjungam defensionem officii mei. Cic. Sull. 1, 2.

Hennensium principes urbem arcemque suae potestatis ajunt debere esse, si liberi in societatem, non servi in custodiam traditi essent Romanis. Liv. 24, 37.

Equidem Platonem existimo, si forense genus dicendi tractare voluisset, gravissime et copiosissime potuisse dicere. Cic. Off. 1, 1.

Homo, domi suae nobilissimus, dixit, neque se habuisse illa venalia neque ulla conditione, si, utrum vellet, liceret, adduci unquam potuisse, ut venderet illa, quae in sacratio fuissent, a majoribus suis relicta et tradita. Cic. Verr. 4, 7.

Fru mentatores quum, circumventi ex insidiis, caesi loco iniquo essent, creditum vulgo est, subveniri iis ab legato potuisse, ni tristia edicta exhorruisset. Liv. 8, 35.

Ceterum tantum momenti in uno viro L. Papirio fuit, ut, si ducis consilia favor subsecutus militum foret, debellari eo die cum Samnitibus potuisse, pro haud dubio habitum sit. Liv. 8, 36.

Responsum est, nisi saepe bellum parantes pacem petissent Samnites, oratione ultro citroque habita, de pace transigi potuisse. Liv. 9, 45.

Qui autem (sagt Cn. Fulvius) solum se restantem prodesse rei publicae, nisi si mors sua remedio publicis cladibus futura esset, potuisse? Liv. 26, 3.*)

Quum ita dicis et ita constituis: „Si Caecina, quum in fundo esset, inde dejectus esset, tum per hoc interdictum eum restitui oportuisse; nunc vero dejectum nullo modo esse inde, ubi non fuerit; hoc interdicto nihil nos assecutos esse,“ quaero, si te hodie domum tuam redeuntem coacti homines primo aditu vestibuloque prohibuerint, quid acturus sis. Cic. Caec. 12, 35.

Inter Hasdrubalem alterum et Magonem constabat, etiamsi senatus Carthaginensium non censuisset, eundem tamen Hasdrubali fuisse in Italiam. Liv. 27, 20.

(Hasdrubal sagt,) Populum Romanum eo invictum esse, quod in secundis rebus sapere et consulere meminerit, et hercule mirandum fuisse, si aliter facerent. Liv. 30, 42.

§. 37. Anm. 1. Unvollständige, zusammengezogene oder verfälschte Bedingungsätze (vgl. §. 13) werden in dem angegebenen Falle, wie überall, gleich den vollständigen behandelt.

Stantes plaudebant in re ficta; quid arbitramur in vera fuisse facturos? Cic. Lael. 7, 24.

Quis est, qui hoc non sentiat, quidvis prius futurum fuisse, quam ut hi fratres diversas sententias fortunasque sequerentur? Cic. Lig. 12, 34.

(Die Väter waren der Ansicht,) Unum hercule virum — id enim plus esse, quam consulem — qualis Ap. Claudius fuerit, momento temporis discussurum illos coetus fuisse. Liv. 2, 28.

Equidem, quum per annos quattuor et viginti primo Punico bello classibus certatum cum Poenis recorder, vix aetatem Alexandri suffecturam fuisse reor ad unum bellum. Liv. 9, 19.

Mixtum (venenum) in poculo ferre ad Sophonisbam jubet ac simul nuntiare, Masinissam libenter primam ei fidem praestaturum fuisse, quam vir uxori debuerit. Liv. 30, 15.

Quis est tam demens, qui hoc, P. Clodio vivo, contingere potuisse arbitretur? Cic. Mil. 28, 78.

Neque enim est quisquam, qui arbitretur, illis inclusis in re publica pestibus, diutius haec stare potuisse. Cic. Sull. 27, 76.

Is, quaecumque post Hieronis mortem scelestae atque impie factae essent, Andranodorum ac Thernistum arguit fecisse. Quid enim sua sponte fecisse Hieronymum puerum ac vixdum pubescentem facere potuisse? Tutores ac magistros ejus sub aliena invidia regnasse. Itaque aut ante Hieronymum, aut certe cum Hieronymo perire eos debuisset. Liv. 24, 25.

His Papirius ita respondit: Debuisset eos Pontium, Herennii filium, quo auctore Romanos sub jugum misissent, consulere, quid victis patiendum censeret. Liv. 9, 15.

Tum pro se quisque docere me coepit ea, quae paulo ante commemoravi, spoliata urbem, fana direpta, de Heraclii hereditate, quam palaestritis concessisset, multo maximam partem ipsum abstulisse, neque postulandum fuisse, ut ille palaestritas diligeret, qui etiam inventorem olei deum sustulisset. Cic. Verr. 4, 62.

*) Ueber das letzte Beispiel vgl. §. 25.***)

Vinci autem improbos a bonis fateor fuisse praeclarum. Cic. Planc. 36, 38.*)

Marcone Crasso putas utile fuisse tum, quum maximis opibus fortunisque florebat, scire, sibi, interfecto Publio filio exercituque deleto, trans Euphratem cum ignominia et dedecore esse pereundum? Cic. Div. 2, 9.

Menippus, Optimum fuisse omnibus, qui Graeciam Asiamque incolerent, ait, integris rebus Philippi potuisse intervenire Antiochum; sua quemque habiturum fuisse, neque omnia sub nutum ditionemque Romanam perventura. Liv. 35, 32.

Anm. 2. Wie posse, potuisse und von den übrigen im §. 18 am Schlusse des ersten Abschnitts angeführten Ausdrücken in der Konstruktion des Accusativus c. Inf. der Infinitivus Praesentis und Perfecti in unwarhren hypothetischen Sätzen statt eines Participii auf urus mit esse und fuisse steht, so findet sich ebendasselbst auch von andern Verbis biweilen der Inf. Praes. und Perf. statt der Form auf urus mit esse und fuisse; namentlich steht der Inf. Praes. und Perf. Pass. statt futurum esse und futurum fuisse, ut und statt futurum fuisse, wenn es nicht als Umschreibung dient, öfter das bloße fuisse.

Quum haruspices ex tota Etruria convenissent, caedes atque incendia et legum interitum et bellum civile ac domesticum et totius urbis atque imperii occasum appropinquare dixerunt, nisi di immortales omni ratione placati suo numine prope fata ipsa flexissent. Cic. Cat. 3, 8. (Appropinquare elliptisch im Sinne von: „näheren sich und würden wirklich eintreten.“)

Profertur tempus ferundae legis, quam, si subjecta invidiae esset, antiquari apparebat. Liv. 4, 58. (Der Inf. Praes., um die sichere Erwartung zu bezeichnen. S. Weissenb. Von ähnlicher Art ist das folgende Beispiel, in welchem durch den Inf. Praes. exsolvi die feste Ueberzeugung der redenden Volkstribune ausgedrückt werden soll.)

Tentata paulisper intercessio est a L. Livio et Q. Maelio, tribunis plebis, qui neque exsolvi religione populum aiebant deditioe sua, nisi omnia Samnitibus, qualia apud Caudium fuissent, restituerentur, neque se pro eo, quod spontendo pacem serrassent exercitum populi Romani, poenam ullam meritos esse. Liv. 9, 8.

Sex ferme onerariae puppibus abstractae Carthaginem sunt, major quam pro re laetitia, sed eo gratior, quod inter assiduas clades ac lacrimas unum quantumcumque ex insperato gaudium affulserat, cum eo, ut appareret, haud procul exitio fuisse Romanam classem, ni cessatum a praefectis suarum navium foret et Scipio in tempore subvenisset. Liv. 30, 10.

(Worte des Virginiius:) Sibi vitam filiae suae cariorem fuisse, si liberae ac pudicae vivere licitum fuisset. Liv. 3, 50.

Id enim jam specimen sui dederat, ut, si vita longior contigisset, magni justique regis in eo indolem fuisse appareret. Liv. 35, 15.

Vocatae tribus judicaverunt, agrum (d. i. das Streitobjekt der Ariciner u. Ardeaten) publicum populi Romani esse. Nec abnuitur ita fuisse, si ad iudices alios itum foret; nunc haud sane quicquam bono cansae levatur dedecus iudicii. Liv. 3, 72. (S. Weissenborn).

Memoria teneo, solitum ipsum narrare, se prima in juvenia studium philosophiae acrius ultra, quam concessum Romano ac senatori, hausisse, ni prudentia matris incensum ac flagrantem animum coercuisset. Tac. Agr. 4.

Agitasse C. Caesarem de intranda Britannia satis constat, ni velox ingenio mobili poenitentiae et ingentes adversus Germaniam conatus frustra fuissent. Tac. Agr. 13.**)

Nemo unquam mihi, Scipio, persuadebit, aut patrem tuum Paullum aut duos avos, Paullum et Africanum, aut Africanum patrem aut patruum aut multos praestantes viros, quos enumerare non est necesse, tanta esse conatos, quae ad posteritatis memoriam pertinerent, nisi animo cernerent, posteritatem ad se pertinere. Cic. Cat. Maj. 23, 82.***)

Anm. 3. Alles, was zum Infinitivus als Subjekt oder Prädikat gehört, wird Nominativus, wenn derselbe an videor, dicor u. s. w. sich anlehnt.

Sed jam hoc totum omitto, non tam, ne offendam tuas patientissimas aures, quam ne Tubero, quod nunquam cogitavit, facturus fuisse videatur. Cic. Lig. 8, 24.

In hoc viro (sc. M. Porcio Catone) tanta vis animi ingeniique fuit, ut, quocumque loco natus esset, fortunam sibi ipse facturus fuisse videretur. Liv. 39, 40.

